

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Desiderii Erasmi Roterodami Paraphrases In Novvm
Testamentvm**

Praemissa Est Io. Aug. Noesselt Historia Paraphraseon Erasmi Rot. In
Novum Testamentum

Erasmus, Desiderius

Berolini, MDCCCLXXX

VD18 90514300

Vita Sancti Judae Apostoli Per Divum Hieronymum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14035

VITA SANCTI JUDAE APOSTOLI

~~JACUI M PER~~

DIVUM HIERONYMUM.

Judas frater Iacobi parvam quidem, quae de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerique reiicitur, tamen auctoritatem vetustate iam et usu meruit, et inter sanctas scripturas computatur.

IN



IN
EPISTOLAM JUDAE
ARGUMENTUM
PER
DES. ERASMUM ROTERODAMUM.

MUltis verbis destomachatur in eos, qui cupiditatibus suis excaecati, adversabantur evangelio; quod tamen novum videri non debeat, quum iam olim in hoc destinati sint, et ab apostolis praedictum sit, id genus homines irrepturos in gregem christianorum. Adversus hos sic armat eos, ut studeant et illos vel increpatione coercere, vel admonendo servare. Quod si non queant, certe ipsi se parent in adventum Christi.

ARGUMENTI FINIS.

IN

